



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 124. Neo-electi Patriarchæ secessus in Monasterium. Ejusdem opera

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. parte tres Sanctissimæ Triadis Personas
A.C. 1453. verbis minus propriis indigitaverit, eas-
demque appellaverit *idiomata*, *five propri-
tates*; Ast fortassis *Auditor est excusandus*, in-
quit Possevinus, quod *ei cum Tyranno re-
fuerit*, qui *hoc mysterium aliter expositum ex-
hibilasset*, credens, Christianos tres adora-
re Deos.

*Possevin. in
Apparat.
Verb. Gen-
nadius.*

§. CXXIV.

*Neo-electi Patriarchæ secessus in
Monasterium; Ejusdem opera.*

Neo-electus Patriarcha nulli pepercit
labori, ut populum suum ad Eccle-
siæ Catholicæ obsequium reduceret, at-
que ad acceptandum unionis decretum
permoveret. Hunc in finem luculentam
concinnavit apologiam de articulis decre-
ti Florentini, cumque mox post captam
Constantinopolim scripsisset, inde occasio-
nem nactus vivis admodum coloribus
atque insigni eloquentia urbis hujus ca-
lamitates, & miseras depinxit. Atta-
men, cum insuperhabito studio suo, Græ-
cos identidem Spiritui sancto pervicac-
ter resistere cerneret, post quinquennales
labores in vanum impensos Ecclesiæ a-
deo rebellis regimini nuntium misit, &
in Monasterium quoddam Macedoniæ
secessit, ubi reliquos vitæ suæ dies que-
te transfigit.

*Bibliot. PP.
l.c. p. 560. &
seq.*

Præter

Præter hæc duo opera mox laudata, Sæcul. XV.
 plura alia e calamo suo profluxere, quo- A.C. 1453.
 rum nonnulla typis impressa, cetera ad-
 hoc manuscripta asservantur: præcipua
 vero sunt; Epistola ad Græciæ Episcopos Labbe Conc.
 de unione; tres orationes in Concilio Flo- Gener.
 rentino habitæ de mediis procurandi unio- to 13.p. 1543
 nem dogmaticam; Tractatus de processio-
 ne Spiritus sancti adversus Marcum E. Appendix
 phefinum, quem tamen non absolvit; ad op. S Ba-
 item tractatus de prædestinatione inscri- silli p. 217.
 ptus Josepho Monacho Thessalonicensi; Genad.
 plures orationes, & homiliae, & inter ce- homil.
 teras una de Eucharistia, præter oratio- Bibl. PP.
 nem Sanctissimæ Trinitati nuncupatam, l.cit p 608.
 & plura alia opuscula, quæ sigillatim re- Genn. hom.
 censet Renedotius.

§. CXXV.

S. Sindonis translatio Constantinopoli in Sabaudiam.

Nonnullorum Auctorum opinio fert,
 quod sacram Sindonem, quæ Tau- Spond. con-
 rini asservatur, hoc eodem anno Marg- tin. ad ann.
 ritha Carna, ab avita Regum Jerosolymi- 1453.
 tanorum stirpe orta, in Sabaudiam tran- Gualt. chro-
 stulerit, ac Ludovico Sabaudiæ Duci, & not. I. 15.
 Carolinæ Cypriæ ejus conjugi reliquerit,
 atque ambo postea sacro huic thesauro
 digne recondendo facillum marmore ve-
 stitum Camberii exstruxerint. Nec de-
 Histor. Eccles. Tom. XXVIII. Bb sunt